 dotio, nequa q̄ fungi & conticescere, paria sunt, quia uidelicet sicut in functione sacerdotij
 pollet eloquij libertas, sic ecōtra in defunitione uel depositione sacerdotij cadit loquendi
 authoritas. Sequitur: L. Et oblita es legis dei tui, obliuiscar filioꝝ tuorum & ego. J
 Oblitio pro contemptu ponitur hic, quæadmodū & illic. Cū dixisset Psalmista, Et muta-
 uerunt gloriā suā in similitudinē uituli comedētis fœnū, cōtinuo subiunxit. Obliti sunt de-
 um qui saluauit eos. Causa nāq; similis, imò eadē uel maior p̄cellerat, ut diceret hic, & obli-
 ta es legis dei tui, quia uidelicet tūc unū i deserto fecerat uitulū, nūc aut duos, alterūq; eorū in
 Dan, & altesq; posuerūt i Bethel. Loquit aut cōuersus ad illā de q̄ dixerat, nocte feci tacere
 matrē tuā, uidelicet matrē populi synagogā, siue sacerdotū, aut senioꝝ cœtū, de q̄ regimī-
 nē uel magisterio populares pendebant. Oblita ergo es legis, id est cōtempstisti legē dei tui:
 par pari refero, quia obliuiscar filioꝝ tuoꝝ, id est contempnā filios tuos & ego, quæadmodū
 & superius dixi, quia nō addā ultra misereri domui Israhel, sed obliuione obliuiscar eorum
 His dictis ad illā matrē, id est sacerdotū & magistroꝝ turbā siue multitudinē, rursus ad audi-
 tores conuertitur, & de eis dē taliter conquerēdo loquitur. L. Secundum multitudinem
 eorum sic peccauerunt mihi, gloriā eorum in ignominiam commutabo. Pecca-
 ra populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum, & er-
 rit sicut populus sic sacerdos, & uisitabo super eum uias eius, & cogitationes eius
 reddam ei. J Secundū multitudinē inquit. Quicquid extra rationē numerūq; uel ordinē le-
 gitimū effluit uel super crescit, recte multitudo siue multiplicitas uocari debet. Constat
 aut quia diebus illis turba sacerdotū ultra statutū sanctæ legis ordinē terminūq; excreuerat
 Scriptū est em. Et fecit Hieroboā phana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi qui
 non erant de filijs Leui. Item & alibi scriptū est, quia quicūq; uolebat, implebat manū suā,
 & fiebat sacerdos excelsorū, Ita multiplicati sacerdotes fuerant, utpote indifferenter assum-
 pti decunctis tribubus: Rex ille, ut putabat, sapienter sibi prouiderat, q̄ ut sacerdotū mal-
 titudinē

Psal. 135.

Ro. 6.

Psal. 109.

Amos. 5.

Psal. 109.

3. Re. 12.

Multitudo sacerdotū.

3. Re. 12. 33.

D

titudinem haberet, sacerdotes sibi de extremis populi fecerat. Tales quippe, quanto in plebe uiliores, tanto ad honorem illum promptiores: & gauisi sunt sese officio supergredi populum, qui conditione extrema latebant intra uel infra populum. Ait ergo. Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi, id est quanto plures sunt uel fuerunt, tanto magis populum, ut in me peccaret, deceperunt. E contra quid ego? Gloria (inquit) eorum in ignominiam commutabo. Et est sensus. Quoniam ipsi gloriam suam & olim in similitudinem uituli comedentis formam, & nunc in similitudinem uitulorum comedentium formam commutauerunt, eueniet illis ut sint eiusmodi, de quibus recte dicatur, quos deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum. In quo etiam iudicantur isti, uentrem suum habere deum: Videlicet in eo quod sequitur, peccata populi mei comedent. Nimirum sacerdotes de extremis populi (ut iam dictum est) assumpti, conditionem siue paupertatem pristinam superare certabant, & qui illos constituerat Hieroboam, ueram sancte legis imitationem se fecisse simulabat. Nam quia preceperat lex, ut filii Leui possessiones proprias non habentes, decimas & oblationes a populo susciperent, & inde sumptus haberent: hic de extremis populi sacerdotes fecerat, ut tot decimas atque oblationes accepturi, quanto fuerant extremi, tanto magis auidi ad colendum mendacium, populumque decipiendum sese accingerent. Peccata ergo (inquit) populi mei comedent, id est sicut ceperunt quoad poterunt comedere non desinent. Peccata namque populi comedebant, qui pro hoc solui, ut ipsi decimas atque oblationes caperent, populum in peccatis & in mendacio detinebant, pro oia æque ut gentiles illa apostoli sententia digni, quod loco saepe dicto taliter emittit. Reuelatur enim ira dei de caelo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum quae ueritatem dei in iniustitia detinet, quae quod notum est dei, manifestum est in illis. Neque enim ignorabant sacerdotes eiusmodi, nihil ueri esse in uitulis illis aureis, sed ueritatem detinebant, ueritatem in corde abscondebant, & mendacium predicabant labijs, dicentes, isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Faciebant hoc nebulones & gulgus propriae serui, ut peccata populi comederent, quod cum essent de extremis populi, non tantum haberent ad comedendum, nisi populus peccaret, nisi uitulos pro deo colens, ipsos pro sacerdotibus Leuitici generis honoraret, dando & offerendo quod uentribus eorum sufficeret. Illi accipientes, dantem beatificabant, & reuera morientes, id est ad mortem peccantes, quasi de uita seculos reddebant. Unde cum dixisset, peccata populi mei comedent, continuo subiunxit: Et ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Iniquitas quippe illorum erat, discessio a domo Dauid, & a templo domini, & aureorum cultus uitulorum. Ad hanc nimirum iniquitatem subleuabant animas eorum confortantes eos dictis mendacibus, ut in uitulis illis tanquam in deo confiderent, nihil metuerent tanquam minore habentes in auro illo diuinitatem, eo quod uituli pulchre formati essent, & festiuitates opulentas apud illos saepe celebraret. De ignominia, quae dicitur, & gloriam eorum in ignominiam commutabo, postmodum latius edisserit. Nam interposito, & erit sicut populus sic sacerdos, & uisitabo super eum uias eius, & cogitationes eius reddam ei, continuo subiungit, Et comedent, & non saturabuntur, fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam dimiserunt dereliquerunt in non custodiendo: fornicatio & uinum & ebrietas auferit cor. Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei. Spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati sunt a deo suo. Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama, & subtus quercum populum & therebinthum, quae bona erant umbrae eius. Ideo fornicabuntur filiae uestrae, & sponsum uestrae adulterauerunt. Non uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatae, & super sponsum uestrae cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabuntur, & cum effeminatis sacrificabant, & populus non intelligens uapulabit. Si fornicaris tu Israel, non derelinquat saltem Iuda. Nolite ingredi in Balgala, & ne ascenderitis in Bethauen, neque iuraueritis uiuere dominus, quoniam sicut vacca lasciuens, declinauit Israel. Nunc pascet eos dominus, quasi agnum in latitudine. Particeps idolorum Effraim, dimitte eum. Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt. Bilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum spiritus in altis suis, & confundentur a sacrificijs suis. Totus hic locus illi de apostolo scriptus est & sensu & ordine, ab eo quod ait, propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, usque ad illud.

Qui

Qui cum iustitiam dei cognouissent, nō intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte. Et notandum illud maxime, quod sicut Apostolus cum tertio dicat de gentibus, tradidit illos deus, secundo uel medio loco ignominiam illorū magis expressit, dicendo. Nam scemina eorū immutauerunt naturalem usum, in eū usum, qui est contra naturā. Similiter autem & masculi relicto naturali usu sceminæ, exarserunt in desiderijs suis in inuicē, masculi in masculos turpitudinem operantes. Ita & hic in isto habes de Iudæis. Cum em̄ primo dixisset: ueruntamē unusquisq; nō iudicet, & non arguatur uir. Et nunc secundo dicat: gloriam eorū in ignominiam cōmutabo. Tertio quoq; particeps idolorū Effraim, dimitte eū, fornicatione fornicati sunt. Quod idē est, ac si dicat, tradam uel trado eū (quo uerbo Ap̄lus usus est) scilicet in passiones ignominie. In medio iudiciū siue iudicationis huius loco, turpē tam sceminæ q̄ masculorū magis exprimit causam. Ait em̄ primū de sceminis. Ideo fornicabuntur filie uestræ, & sponsæ uestræ adulteræ erūt. Non uisitabo super filias uestras, cū fuerint fornicatæ, & super sponfas uestras cū adulterauerint. Statimq; de masculis subiungit. Quoniā & ipsi cū meretricibus cōuersabantur, & cū effceminatis sacrificabāt. Nūc ad ordinē reuertamur. Dixerat, Peccata populi mei comedēt, iudiciū cōmune tam populo q̄ sacerdotibus cōminatus fuerat, dicendo. Et erit sicut populus sic sacerdos, moxq; cōmestionis, imō uoracitatis nimietatē culpās: & comedēt (inquit) & nō saturabūtur. Statimq; subiungit: Fornicati sunt, & nō cessauerūt. Duo mala principalia, scilicet auaritiā, & luxuriā breuiter expressit q̄ insatiabilia sint. Auaritiæ quippe, cū semel animū occupauerit, nihil satis est. Ait ergo. Comedent & nō saturabūtur, id est, accipient à populo sacerdotes, qui de extremis populi cōstituti sunt, & acceptis (quāuis plurima sint) cōtenti nō erunt. Itē luxuria cū hoīem imbuerit, nunq̄ dicit sufficit, & licet ad horā extinguatur sitis eius, statim reardescit. Ait ergo. Fornicati sunt, & nō cessauerūt, nā & usq; ad decrepitā senectutē in cōcōnibidinis cōputruerūt, iuxta illud: Cōputruerūt iumēta in stercore suo, id est, uitā finierūt bruti, & immūdi hoīes in peccato suo. Cur hoc? Quare fornicati nō cessauerunt aut cessare potuerunt? Ait. Quoniā dñm dereliquerūt. In quo? In nō custodiendo, id est in eo q; se non custodierūt. Potuerant em̄ se custodire, liberū habēdo arbitriū, simulq; dei querēdo auxiliū. Hoc nō fecerūt, sed legitimū dereliquerunt dñm, & sponte tyranno mortis, id est, pctō se se subdiderunt. Est autē ius, ut suis quiq; serui tradātur dñis. Ergo & peccato debuerūt tradī tanq̄ dño suo, quia oīs qui facit peccatū, seruus est peccati. Itaq; quēadmodū s̄pe dicitur Ap̄lus de gentilibus dicit, Propterea tradidit illos deus in desideria cordis eorū, in immūditā, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis: q̄ cōmutauerūt ueritatē dei in mendaciū, & creaturę potius q̄ creatori seruiuerūt: Ita & de istis dicēdū, quia dño suo spiritui fornicationis traditi sunt, ut fornicarentur, & nō cessarent quia dñm dereliquerūt. Fornicatio (inquit) & uinū & ebrietas aufert cor. Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei. Spūs em̄ fornicationis decepit eos. Vide quo fornicationis cæcus impetus perduxerit eos. Gentiles, quibus istos in peccato p̄ oīa cōferimus, immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs & uolucrū & quadrupedū & serpentū. Populus autē meus lignū suū, baculū suū pro deo sibi posuit. Quo ergo iste gentili melior q̄ gentili iudicat? Et uide q̄ rationabiliter, diciturus tantæ amētiæ nimietatē, pmisit: fornicatio & uinū et ebrietas aufert cor, ut uidelicet inexcusabilis sit in eo qd̄ amisit cor, in tantū ut baculū suū poneret sibi pro deo. Non em̄ casu aut fatali necessitate cor suū perdidit, ut in tantā deueniret amentia, sed fornicādo, bibēdo uinū, et inebriando se, uim rationis obruit, ut ueri dei et baculi sui nō agnosceret distantia. ¶ Et uere digna et iusta peccati exaggeratio, cū dicit, in ligno suo, et baculus eius annunciauit ei: quia uidelicet de eodem ligno et deū et baculū sibi fecit, ut sit sensus similis illi, quo et Esafas idolatriæ stultitiā declarat in his uerbis. Sumpsit ex eis uidelicet lignis saltus, et calefactus est, et succendit et coxit panes. De reliquo autem operatus est deum et adorauit, fecit sculptile et curuat est ante illud. Medium eius combussit igni, et de medio eius carnes comedit. Coxit pulmentum et saturatus est, et calefactus est, et dixit. Vah, calefactus sum, uidi focū. Reliquū autē eius deum fecit et sculptile sibi. Cor insipiens adorauit illud. ¶ Præterea est hic intelligendū genus quoddam diuinationis, de quo proprie dictum sit, et baculus eius annunciauit ei, quod

Duo mala in
satiabilia.

Iohes. j.

Ioh. 8

Stultitia hoī
minū in idolis

Esa. 44

COMMENTARIVS PER ABBA LIB. II.

Duplex fornicatio.

Græci (ut ait beatus Hieronymus) *ἡδονομαστὴς* uocant. Vnde & in Ezechiele legimus quod uirgas suas miscuerit Nabuchodonosor contra Ammon & Hierusalem, & exierit uirga contra Hierusalem. Et unde tanta amentia populo quondam meo? Spiritus enim (ait) fornicationis decepit eos, & fornicati sunt à deo suo. Quo uno breui uersiculo, utraque, scilicet, tam corporalis quam spiritualis, comprehenditur fornicatio: quia uidelicet & spiritualiter fornicati sunt, idolatriam sectando, & corporaliter fornicati sunt, contumelijs corpora sua in semetipsis afficiendo. De spirituali fornicatione protinus dicit: Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymyama, Subter quercum & populum & therebenthum, quia bona erat umbra eius. Hæc erat spiritualis fornicatio, de qua dixit, & fornicati sunt à deo suo. Et notanda, secundum uerba hæc, uaga licentia, siue licentiosa fornicationis huiusce uagatio. Non dixit in angulis aut in cubiculis sacrificabant, sed super capita (inquit) montium: super colles foris sub diuo, in publico subter quercum, subter populum: non quia propter metum alicuius necesse haberent subtegi saltem ramis & frondibus, sed quia bona erat umbra eius. Fornicationis huius poena est corporalis fornicatio, sicut Apostolus de gentilibus ait. Propterea tradidit illos deus in passionem ignominie. Nam femine eorum immutauerunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam, & de ista continuo sequitur. Ideo fornicabuntur filie uestrae, & sponsae uestrae adulteræ erunt. Non uisitabo super filias uestras, cum fornicatae fuerint, & super sponsas uestras cum adulterauerint. Sicut Applus ait. Propterea tradidit, & femine eorum immutauerunt naturalem usum: ita & hic alia quidem, sed æquipollente coniunctione usus. Ideo (inquit) fornicabuntur filie uestrae. Et ille dicendo tradidit: & hic dicendo, non uisitabo cum fornicatae fuerint: uterque iustum insinuat iudicium dei, dum in corporali fornicatione derelinquit, & sordidari permittit extra omnem dignitatem rationis eos qui à deo fornicati sunt fornicatione spirituali. Item, quemadmodum illic continuo Apostolus subiungit, similiter & masculi, relicto naturali usu femine, exarserunt in desiderijs suis, in inuicem, masculi in masculos turpitudine operantes. Ita & hic protinus ait. Quoniam & ipsi cum meretricibus conuersabatur, & cum effeminatis sacrificabant. Quod idem est ac si diceret. Et cum feminis & cum masculis passiuam libidinis nequitiam masculi perpetrantes, diabolo semetipsos sacrificabant, diabolo corporum suorum templa dedicabant. Effeminati namque dicuntur masculi femineo more peccato subditi, iuxta illud. Qui dormierit cum masculino coitu femineo, morte moriatur. Itaque, sicut illic Applus ait de gentilibus. Qui cum iustitia dei cognouissent: non cognouerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte. Ita & hic continuo de istis subiungit. Et populus non intelliges, uapulabit. Quod hic dicit, non intelligentem esse populum, qui utique legem accepit: & ille gentiles non intellexisse ait, quos utique iustitiam dei cognouisse permittit: non excusatio est simplicium ignorantium & errantium, sed accusatio est contemptus, scire recusantium, intelligere nolentium, sicut ait Psalmus de illo quod eiusmodi est, noluit intelligere ut bene ageret. Interea non pretereunda elocutionis cautela, quoniam impatientium offensionem, quoad preteritum, propheta subterfugiat, preter sensum uitae tempus, & alia ponendo tempora, nunc quidem futurum, nunc autem preteritum. Non enim ait preteritum tempore, ideo fornicatae, sed ideo (inquit) fornicabuntur filie uestrae. Item non ait, quoniam & ipsi cum meretricibus conuersant, & cum effeminatis sacrificant: Sed conuersabatur (inquit) & sacrificabant, non ad ipsos in faciem: sed quasi de alijs ad ipsos loquens per apostropham repentinam: ut amarissimam rem atque asperrimam, modus dictionis utcumque mitiget inuectionem, & nihilominus totam expediat ueritatem. Quid porro est, quod inter uerba, quae loquitur super Israel, id est decem tribus, re pretereunte conuertitur, & dicit, si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda? Quid nisi fornicationis eiusdem, immo fornicationum earundem scelera in Iuda inundasse innuis, sicut scriptura utique tam prophetica quam euangelica palam testis est: Ioram quippe filius Iosaphat regis Iuda, ambulauit in uis regum Israel, sicut ambulauerat domus Achab, filia enim Achab erat uxor eius, & fecit quod malum est coram domino. Plena exinde malis historia regum Iudae extitit, ita ut Esaias quaeque sub eisdem regibus uisionem proloquens super Iudam & Hierusalem, exclamet & dicat. Audite uerbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei mei populus Gomorrae. Et ne aliquid minus Iudam quam Israel fornicatum fuisse putes, loquitur deus in Ezechiele: fornicata est Oolla super me, & insaniuit super amatores suos in Assyrios propinquantes, &c. post quae continuo subiungit. Quod cum uideret soror eius Ooliba, plusquam

Leui. 20

Psal. 37
Cautus in loquendo propheta.

4. Re. 8

Esa. 7.

Ezech. 23

plusq̄ illa infaniuit libidine, & fornicationē super fornicationē fororis suæ ad filios Assyrioz præbuit impudēter. Hanc uidelicet Oolibā Iudam esse siue Hierusalē, notū est. Nam noīa (inquit) Samaria Oolla, & Hierusalē Ooliba. Cū igitur dicit: si fornicaris Iſrahel, non delinquat saltē Iuda, magna intelligi debet prophetę admiratio, q̄ Iſrahel semel ceptis fornicationibus cū uutilis aureis, nō solū nō redijt ad castitatē cū templo dñi & domo Dauid, unde sese absciderat: uerum etiā in illis fornicationibus perseuerās, Iudā siue Hierusalē sibi met conūmilē effecit, atq; ita (sicut Apſus quoq; meminit) omnes declinauerūt simul in uiles facti sunt. Non est qui faciat bonū, nō est usq; ad unū, &c. ¶ Et ne de fornicatiōibus q̄q; filiaz siue fœminaz Iuda minus qd æstimes, illud uel maxime pro testimonio est, qd historia libri Regū refert. Et fecit Aſa rectū ante conspectū dñi, sicut Dauid pater eius, & abstulit effœminatos de terra, purgauitq; oēs sordes idolorū, q̄ fecerant patres eius, insup & Macham matrē suā amouit ne esset princeps in sacris Priapi, & in luo eius quē cōsecrauerat, subuertitq; specū eius, & cōfregit simulachrū turpissimū, & cōbussit in torrente Cedron. Vbi talis erat regina, quales fuisse putas cæteras. Protinus ad utrāq; scilicet Hierusalē & Iudā dicit. Et nolite ingredi in Galgala, & ne ascēderitis in Bethauen, neq; iuraueritis uiuui dominus, quoniā sicut uacca lasciuens, declinauit Iſrahel, nūc pascet eos dñs, quasi agnū in latitudine. Quasi oblitus quod dixerat, uerū tamē unusquisq; nō iudicet & nō arguatur uir. Populus em̄ tuus sicut hi qui contradicūt sacerdoti, Nunc iterū iudicat & arguit dicendo: & nolite ingredi in Galgala, & ne ascēderitis in Bethauen. Bethauen nanq; ipsa est, quæ prius dicebatur Berhel, ex eo uocata Bethauen, id est domus idoli, quod unus ex uutilis aureis illic positus fuerat ab Hieroboā. ¶ Sed & Galgala locus idolatriæ fuerat antiquior, sicut scriptura testis est, memoriale uiri fortis hoc modo prædicans. Cūq; obtulisset Ahoth regi Eglon munera, profecutus est socios, qui cum eo uenerant, & reuersus de Galgalis ubi erant idola, dixit ad regem. Verbum secretū habeo ad te ò rex. Item post pauca. Ahoth autem, dū illi turbarentur, effugit & pertransiit locū idolorum unde reuersus fuerat. Nimirum semel & itez dicendo, illū reuersum esse de loco idolorum, siue de Galgalis, ubi erant idola, reuersionē eius ad deum pulchre significat, & iccirco dignū fuisse quē suscitaret dñs saluatorē clamantibus ad se filijs Iſrahel, quia iam à peccatis eorū recesserat. Sed & illud nō ignorandū, quia Saul contra uoluntatem domini rex petitus, in Galgalis unctus est. Cum ergo dicit, & nolite ingredi in Galgala, neq; ascēderitis in Bethauen neq; iuraueritis uiuui dominus, superbiā simul & idolatriæ atq; periurij peccata p̄senti loco arguit, & sicut iam diximus, pene oblitus esse uidetur quod populū eundem ut contradicctorem paulo ante iudicari & argui prohibuit. Iccirco ualde notandum quod cum quasi renuncians a postropham dixisset, quoniā sicut uacca lasciuens declinauit Iſrahel, nunc pascet eos dominus, quasi agnū in latitudine, continuo ipse qui supra dixit, ueruntamen unusquisq; non iudicet, & non arguatur uir, sententiā confirmat iudiciūq; derelinquēdi, cū dicit, Particeps idolorum Effraim, dimitte eū. Idem em̄ est ac si dicat. Nonne ò propheta dixerā tibi, unusquisq; nō iudicet, & nō arguat uir, pp̄lus em̄ tuus sicut hi qui cōtradiciunt sacerdoti. Vt qd ergo iterū arguis siue instruere uis, dicēdo, nolite ingredi in Galgala, &c. & sermonē effundis, ubi nō est audit? Dimitte eū, noli iudicare eū, noli arguere eū, q̄a particeps idolorū ē, & pticeps dæmoniorū, peccādo nō per ignorantia, sed p̄ superbiā atq; contēptū. Iccirco dimitte eū, trade uel traditū relinque illum in reprobū sensum, ut faciat Effraim ea q̄ nō conueniunt: ut habeant passiones ignominia, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis quoniā fornicationes suas diligūt atq; defendūt. Nā hoc est qd sequitur. Separatū est cōiuiū eoz, fornicatione fornicatū sunt, dilexerunt afferre ignominia protectores eius. Separatū nāq; cōiuiū, sacrificia dicit dæmoniorū, quibus cōsequēter cōmiscetur cōfusio libidini iuxta illud. Sedit populus māducare & bibere, & surrexerūt ludere. Propterea dimitte eū, quoniā sic faciendo, ut tu quoq; testaris, sicut uacca lasciuens declinauit Iſrahel, uidelicet iugū legis abijciens, sacerdoti cōtradicēs. Sane quod propheta ait, nūc pascet eos dñs quasi agnū in latitudine, præsentē, q̄ in hoc quoq; seculo mox recepturus erat Iſrahel, significat ultionē. Idem nāq; est ac si dicat. In præserti tēpore, dū spūs hos regit artus, me scilicet uiuē te, pascet eos dñs in latitudine quasi agnū, id est ducentur ab Assyrijs in captiuitatē, & ibi in

Ro. 3
Fornicatio
fœiaz spūalia
3. Re. 17.

Galgala loc⁹
idolatriæ
Iud. 3

1. Re. 17.

Exo. 32



COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. II.

Agnus.
Psal. 48.

captiuitate latitudinis terrae dispergetur, ibique multo tempore morabuntur. Agnus namque hoc loco non simplicitate commendat, sed uilitate insinuat, ut illic. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Itaque iam tertio iudicauit populum contradicte derelinqui, prius dicendo, Veritamen unusquisque non iudicet & non arguatur uir. Et deinde, Non uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatae, & super spousas uestras cum adulterauerint. Et nunc dicendo, Particeps idolorum. Effraim, dimitte eum. Iam ante diximus Apulum loquentem de gentibus itidem secundum hunc sensum tertio dixisse, tradidit illos deus, uidelicet in desideria cordis eorum, in immunditiam in passiones ignominiae, in reprobum sensum, ut faciat ea quae non conueniunt. Ac inde tradi hoc esse dimitti uel non argui, eo quod contradicte sint. ¶ Ad haec & illud solerter intuentum, quia quam Apulus in Gentibus denotauit superbia, cuius poena est passiva turpitudine libidinis, dicendo, sed euauerunt in cogitationibus suis: dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Eadem & hic de notat in Iudaeis siue Israelitis, dicendo. Ligauit eum spiritus in alis suis. Per alas quippe superbia siue mentis elatio designat, propter quam daemones quique interdum in scripturis per uolucres intelliguntur, ut illic. Et aliud cecidit secus uiam, & conculcatus est, & uolucres caeli comederunt illud. Spiritus ergo utique fornicationis, ut supra dixit, spiritus enim fornicationis decepit eos, ipse ligauit eum in alis suis. i. iccirco comprehendit eum, & passionibus ignominiae subdidit, quia per superbia se extulit, & euauit in cogitationibus suis. Illo spiritu ligare, confundeat ait, uidelicet confusione passionum ignominiae, in operatione turpitudinis, & hoc a sacrificiis suis. i. iccirco, quia deum uiuum & uerum dereliquit & daemones sacrificauit in uitalis aureis, & in Baal, quae terisque deorum portetis. Confusione ista mors consequitur, de qua idem Apulus loco saepe dicto loquitur. Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solum quae faciunt, sed etiam quae consentiunt facientibus. Igitur ubi Apulus immunditias siue contumelias & passiones ignominiae, quas gentiles operati sunt, commemorauit. Ex isto maxime propheta manifestum atque probabile est, quod uere, quod constat: conuersus ad Iudaeum gentiles iudicare atque despiciere dixerit, ut supra iam meminimus. Propter quod inexcusabilis es o homo ois qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemas. Eadem enim agis quae iudicas. Sequitur ibidem protinus. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum ueritatem in eos quae talia agunt. Quid aliud propheta hic praesenti loco subiungit? Ait enim. **Laudite hoc sacerdotes et attendite domus Israel et domus regis auscultate, quae uobis iudicium est.** ¶ **Vobis** (inquit) iudicium est, subauditur (ut Apulus ait) secundum ueritatem, id est absque distinctione personarum. Nam iccirco & sacerdotes & domus Israel, id est populum & domum regis, i. principes, ad audiendum & attendendum atque auscultandum inuitauit, quia cum oibus ita dirigitur ueritas iudicij, ut neque sacerdotibus canis, neque popularibus siue adolecentulae aetate, neque principum solus parcat aut reuerentiam exhibeat seueritas iudicantis. Eadem considerata ueritate iudicij: nullam Apulus distinctionem uult haberi, Iudei & Graeci. Omnes enim (inquit) peccauerunt, & egerunt gloria dei. ¶ Veritamen in sacerdotes sicut maius peccatum, ita & maius reddat iudicium. Iccirco praeter ceteris in eos inuenit distinctionem sermonis prophetici, cum protinus subiungit. **Quonia laqueus facti estis speculationi et rete expansum super Thabor, et uictimas declinastis in profundum.** ¶ His namque uerbis magnitudinem peccati illorum describit, quia sicut laqueis & retibus in saltibus & in montibus capiunt ferae ac uolucres, ita populari stultitia fabellis & doctrinae similibus ueritatibus glutinabant sacerdotes, ne recordentur domus Dauid & templi domini, quod erat in Hierosolymis, sed uitalis regis aureis, ceterisque seruiret simulachris: non tantum uerbis, agendo ne ire uellent, ueruetiam speculando & insidias ponendo, ne aliqui uolentes ire ualerent. Hoc est quod ait.

CAP. V.

Ro. 11.
Grauius iudicium in sacerdotibus malis

Mons Thabor

Exo. 20

quoniam iudicium dei est secundum ueritatem in eos quae talia agunt. Quid aliud propheta hic praesenti loco subiungit? Ait enim. **Laudite hoc sacerdotes et attendite domus Israel et domus regis auscultate, quae uobis iudicium est.** ¶ **Vobis** (inquit) iudicium est, subauditur (ut Apulus ait) secundum ueritatem, id est absque distinctione personarum. Nam iccirco & sacerdotes & domus Israel, id est populum & domum regis, i. principes, ad audiendum & attendendum atque auscultandum inuitauit, quia cum oibus ita dirigitur ueritas iudicij, ut neque sacerdotibus canis, neque popularibus siue adolecentulae aetate, neque principum solus parcat aut reuerentiam exhibeat seueritas iudicantis. Eadem considerata ueritate iudicij: nullam Apulus distinctionem uult haberi, Iudei & Graeci. Omnes enim (inquit) peccauerunt, & egerunt gloria dei. ¶ Veritamen in sacerdotes sicut maius peccatum, ita & maius reddat iudicium. Iccirco praeter ceteris in eos inuenit distinctionem sermonis prophetici, cum protinus subiungit. **Quonia laqueus facti estis speculationi et rete expansum super Thabor, et uictimas declinastis in profundum.** ¶ His namque uerbis magnitudinem peccati illorum describit, quia sicut laqueis & retibus in saltibus & in montibus capiunt ferae ac uolucres, ita populari stultitia fabellis & doctrinae similibus ueritatibus glutinabant sacerdotes, ne recordentur domus Dauid & templi domini, quod erat in Hierosolymis, sed uitalis regis aureis, ceterisque seruiret simulachris: non tantum uerbis, agendo ne ire uellent, ueruetiam speculando & insidias ponendo, ne aliqui uolentes ire ualerent. Hoc est quod ait. ¶ **Mons Thabor** quoniam laqueus facti estis speculationi. Thabor autem mons est situs in caespitibus Galilaeae, rotundus atque sublimis, quem hic pro quouis monte ponit, quia uidelicet sicut in monte saluoso laquei, uel retia tendunt uel expandunt ad capiendum, ita subdola illorum consilia debebant & effectum habebant ad decipiendum. Quod autem ait, & uictimas declinastis in profundum, uehementer brutum redarguit talium dolositatem sacerdotum, quia cum deberent uictimas subleuare in caelum, seruido & sacrificando creatori, dimiserunt eas in profundum inferni, seruido & sacrificando creaturae auri & argenti, quorum fulgor oculos intuentium decepit, quia corda cupiditas corruptit. Adhuc ne se de ignorantia excusent, sententiam infert maximam maximeque ualentem. **L Ego** (inquit) **eruditores omnium eorum.** ¶ **O**es enim erudierat, oibus in lege sua praedixerat, non habebis deos alienos coram